


4623 [b = Eph. IX 464] tabulae marmoreae marginatae a. 0,373, cr. ca. 0,03 fragmenta duo, quorum alterum (b) ipsum quoque in tres partes fractum est. b rep. via della fontana, exstat nunc cum a coniunctum in horreis Epagathianis. Litterae a. 0,03-0,017.



Descripti. b Borsari Not. d. sc. 1897 p. 527; inde Dessau l. c.

Superficies tabulae valde corrosa est, ita ut in fragm. b de interpunctio- nibus non constet, in fragm. a etiam litterae ipsae maiore ex parte perierint.


Sic fere supplendum videtur: D. M. Sex. Av[ienius] Sex. fil. [tribus? L]ivian[us d(ecurionum) d(ecreto)] dec(urio) alle[ct(us), quinq(uennalis)](?) corp(or)is m]ensor(um) frum(entariorum) [vivos] fecit sibi et Anniae [- fil. ---]ae coniugi karissimae [Avieniae] Sex. fil. Florae Sex. Avienio [Sex. fil. Livian]o iun(iori) Sex. Avienio Sex. [fil. ----] Sex. Avienio Agathurso fra[tri] Sex. Avienio Niconi Sex. Avienio Her[---] libert(is) libert(abus) poster(is)que eorum.

Dubito num v. 3 in. (cf. 8) recte suppleverim [L]ivian ---; ex littera L enim, si exstitisset, aliquid vestigium superfuturum esse puto; vidi autem nihil. — 10 Sex. Avienius Nic --- fortasse idem recensetur in fastis ordinis Augustalium supra n. 4562, 3 col. II v. 20.

4624 tituli honorarii exemplaria duo:

I tabulae marmoreae marginatae, cr. 0,03-0,045 fragmenta tria: a a. 1,11, l. 0,38, ipsum in complures partes fractum, erat adhibitum ad parietem vestiendum in una fontana sul lato settentrionale del decumano, tra la via dei molini e il foro, exstat ibidem parieti affixum; b a. 0,23, l. 0,20, rep. decumano, tra la via dei molini e il gran tempio, exstat in repositis musei Ostiensis; c rep. decumano, presso il gran tempio, exstat in repositis musei Ostiensis;

II tabulae marmoreae marginatae cr. 0,055-0,06 fragmenta tria: a a. 0,325, l. 0,285 (ubi repertum sit, haud traditur); b a. 0,193, l. 0,265, rep. nella via dietro il piccolo mercato; c ipsum quoque in duas partes fractum, quarum alterum versus 12-14 exeuntes continens rep. est ibi ubi fragmentum I b. Huius exemplaris fragmenta omnia exstant in repositis musei Ostiensis.



Descripti ad lapides, contuli ad ectypa; composui domum reversus, ectypis usus; tractavi Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl. 1928 p. 39 sqq. I a edidit Calza Not. d. sc. 1914 p. 70, b Vaglieri ibid. 1913 p. 300 n. 6, c id. ibid. p. 235 n. 27; II a edidit Calza Not. d. sc. 1927 p. 396 n. 35, b Vaglieri ibid. 1912 p. 173 n. 2, fragmenti c partem dextram, qua vv. 12-14 exeuntes continentur, id. ibid. 1913 p. 302 n. 14.

I 2 in. spatium, quod exstat inter A et S, sufficit duabus litteris, de quibus vestigia supersunt incerta; possunt fuisse, ut mihi videtur, P vel B vel R et L vel E. — 7 frg. b: fuit L vel E; ante et post hanc litteram cernuntur vestigia, quorum utrumque superesse potest ex littera A (v. infra). — 8 frg. b fin.: post D cernitur, nisi fallor, pars sinistra pedis hastae sive dextrorsum inclinatae sive perpendicularis. — frg. c in. ante C vestigium ipsum per se incertum, sine dubio litterae E.

II 4 fin. pars sinistra hastae perpendicularis distat tam longe a littera P, quae praecedit, ut videatur fuisse T vel Y; neque obstat, quod post illam hastam cernere mihi videbar aliquod vestigium, quod coniunctum cum hasta illa, quam sequitur, primum intuenti fortasse litteram R efficere videtur, re vera autem, nisi erravi, pro laesura habendum est. — 3 in. ante interpunctionem vestigium, sine dubio capitis litterae I quae hic postulatur (v. infra). — 6 in. sub rasura nil iam legitur. — 11 sqq. litterae versuum exeuntium plane evanuerunt.

Exemplaria textu inter se congruunt et supplent, versuum divisione differunt; addo textum ex fragmentis amborum exemplarium compositum iniunctis supplementis iis quae certa mihi videntur; versus divido exemplar I secutus.

M. Aurel[io] f. Ter. Pyl[adi]  
 a . . . sci . . . Scythop[oli]  
 p[an]tomim[o sui] tempor[is]  
 primo in o[---] (vel c[---] ---]to et  
 5 probato a[b impp. Valeriano]  
 [e]t Gal[li]en[o] -----  
 ex provincia . . . e[. . . . .] post  
 mortem patr[is] sui Iud[ae]; item de]cu-  
 rioni civitat[iu]m Ascalo[nitan]orum  
 10 et Damascen[or]um. Huic s . . . ndus  
 ordo Augus[ta]lium non solum  
 propter memo[ri]am patr[is] eius, sed  
 et propter plenam [ipsius] pe[ritiam] postul[antibus]  
 omnibus pariter civibus -----

1 cognomen Pylades (quod supplementum nunc magis placet quam Ptolemaeus, quod pro- posueram l. c.) habendum est in numero nominum inter pantomimos clarorum; cf. Dessau Inscr. Lat. sel. 5185. 5186. 5197 cum not. 5 et quae exposuit Drexel apud Friedlaender Darst. z. Sittengesch. 9 IV p. 197 sqq. — 4 fin. [specta]to vel [produc]to vel [provec]to vel [coro- na]to; 4 primo in o[riente, ?specta]to etc. suppleveram, primo, in c[irco] specta]to etc. mavult Jos. Keil. — 6 sq. cogitavi de supplementis [e]t Gal[li]en[o] [et iussu eorum] ex provincia [Iuda]e[a adducto post] etc. Nomen Gallieni erasum hic ut infra n. 5334 (item nomen filii eius supra n. 4401), intactum supra n. 4400, infra n. 5335. 5357; cf. quae dixi RE XIII 362 sq. — 8 med. Iud[ae] suppl. Wilcken probabiliter. Homo nomine Iudas Iudaeus videtur fuisse; num etiam filius eius, incertum. Ceterum cf. de Iudaeis contra legem suam artem scaenicam profitentibus J. Juster Les juifs dans l'empire romain II (1914) p. 239 not. 2 (attulit mihi Io. Lewy). — 10 s[ecu]ndus proponit Dessau dubitans; de 'secundo ordine' adhuc in- explicato tituli C. III 5779 = Vollmer Inscr. Baivariae Romanae 89 monet Ernestus Stein; de s[ple]ndus (pro splendidus) cogitavimus Keil ego. — Ceterum et de singulis supplementis et de argumento totius inscriptionis legas velim quae dixi loco supra laudato.